

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Pax. Emblema CLXXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](#)

via est. Multi itaq; cōtinuerunt irā suā rotē nec quam expulerat mentem, vñquam i ceperit. Aiacem in mortem egit furor n furorem ira. Mortem liberis, egestatem sibi, ruinā domui impetrat: &c. Hæc Seneca. Quare recte monuit Menander:

Vt p̄s dūv̄s, un̄ in t̄ r̄taut̄ lād̄. Vlēscere hōst̄, sed abg; tuo dāmo.
Si saperent st̄machiō homines, & furi-

bundi illi Aiaces, talia sibi semper animo versanda, & oculis perpetuo intuēda proponeret, vt à tam infelici exitu, & effectis crudelissimæ perturbationis sibi metuerent atq; cauerent. Ad illustrationem argumenti huius commodè referes, quæ de impaciētia & vindicta appertione doct̄ Laclantius disputat libro 6. Diuin. instit. c. 18.

Pax.

EMBLEMA CLXXVII.



TURRIGERIS bumeris, dentis quōque barrus eburni,
Qui superare ferox Martia bella solet,
Supposuit nunc colla ingo, similisq; subactus,
Cesareos currus ad pia templa vehit.
Vet fera cognoscit concordes undique gentes,
Projectisq; armis munia pacis obit.

GOM.

COMMENTARII.

L. ELEPHAS animalium terrestrium maximum, & aspectu horrendum, à magistro suo (quem Aristoteles elephantiſten, Plutarchus elephantarchen appellat) sub freno ducitur, verbibuscq; impetratur: nihilominus currum ille triumphale trahit, scutum, & cetera arma proiecta pedibus, conculcans.

IL. ELEPHANTORVM in bellis v. fuit ele- sum olim fuisse celeberrimum, supra Em- phantorum blemate 124. diximus, & alias notus est, in bellis. quām ut confirmare opus habeam: vnde apud plerosque pro belli symbolo positos reperio, ut hic etiam pro pace, diuersa ramea ratione & fine: Elephas enim, qui equis in acie terrorem incutiebat, qui sūi horrendo spectaculo milites ipsos cōturbabat, quiq; eburneo dēte pugnā tum hominū equos corrīpībat, pace parta, col- lum iugo supposuit, & Cesaris currum triumphalem ad templum vehit, quasi agnoscens initam inter populos cōcordia, ideoq; ad pacis munia obētūa se subi- ciens. Ceterū non pratermisero Gra- cum hexastichon φιλάππη, quod habetur lib. 1. Antholog. tit. εἰς πόλεμον, & hic Al- eiatus Latio reddit, sed περιφρασικῶς. οὐ ἔτι πυργωδεῖς ἢ φαλαγγομάχες. ι- πὶ δῆριν,

ἄσχετος ὄρματιν πυρίδες ἀλφας, δίλλα φίλφειλας βαζὺν αὐχένα πρὸς ζυγοθεμας,
ἄντυγα διφρελκεῖ καὶ σαρος ἐραύλε. ἔγγω δὲ εἴρηντος καὶ θηρ χάριν, ἐργαναρίς τα- δρος, ἵνα μηνιν ἀτανάγει πατίρε. id est:

Non iam turritus phalangibus pugnans in certamine.

Indomitus irruit candentes habens dētes elephas:

Sed metu contrahens humilem ceruicem ad lora subiugia.

Currum trahit Cesaris diuini. Nouit autem pacis etiam fera gratiam, instrumentis deictis

Mattis, equitatis vice summum vehit patrem, Non iam turritus, nec iam certando pha- lange.

Indomitus dentes irruit hie elephas. Contraria at ceruice metu, currumq; tra- bendo

Cesareum, subdit mitia colla ingo.

Elephan-
tus in
triūpho.

Typus
Emble-
matis.

Ergo bonum pacis nouit fera, namq; reiecto Marte, quiq; iusti nunc rebūt illa pa- trem.

TURRIGERIS humeris] Expressit epi- theton τυργωθείς, turribus oneratus. id est, τυργωθός Lege Plini lib. 8. cap. 7. Liuum lib. 7. decad. 4.

Dentis quoque barrus eburni] eburneis dentibus. Supra Emblemate 124. cuius epi- graphe, In illaudata laudates, mota est quæstio, vtrum dentes, quibus ab utraque oris parte armatus est elephas, rectius dētes, an cornua dici deberent. Cericē si locum Plini diligenter perpendamus libro 8. cap. 6. vbi dicit, Elephantos, quam Pyrrhus Rex primū in Italiam duxisset, & in Lucanis viii eset, boues Lucas appella- tos apparuit pro cornutis, sicut boues, eos esse habitos. Inueni quoq; apud Pierium lib. 2. Hieroglyph. quod nulli animalium maiores neq; ipse cohors cornua quam elephato tribuat. Probat autem ex Pausania, qui omnino elephatum cornutum, facit, tum aliquorum animalium exemplo, qui- bus aut in supercelio, aut in naribus cor- nua nascantur: tum quod per aliquot an- norum periodos corrupta decidat, & no- ua suppululent, igneq; moliantur, quod in dentibus haudquaquam sit; & quod in crano orientur. Sed hæc rerum natura- lium indagatoribus excutienda relinqui- mus. Vide Cœl. Rhodigin. lib. 13. cap. 18. Plinium lib. 8. cap. 10.

Barris] Cur elephas dicatur barrus, a- bunde suprà diximus, emblem. citato.

Qui superare ferox] cuius vis maxima in bellis. Explicatus in Greco ὁ φαλαγ- γομάχες ιτε δῆριν ἄσχετος ὄρματε. phalangibus pugnās, indomitus impetuose irruit ad pugnam cum phalangibus in a- cies stans.

Cesareos currus] currum imperiale in triumpho vehit, subiugatus, & verbere conductoris sui adactus. Quando primū fuerint iuncti elephati, docet Plinius lib. citato, cap. 2.

Vel fera cognoscit, &c.] bellua quam- quam vasta & terrifica, sè paci accommo- dat, vt olim belli vībus se dediderat. De particula, vel, quædam Alciatus noſter ad 1. 96. de verb signific. §. ptadia. Ponit enim hoc loco pro etiā; quod Ciceroni fa- miliare

III.

Elephan-
ti an cor-
nua, vel
dentes
habeant;

miliare est: Vel pro nam, ut explicat Budus locum Terentij And.

Vel hoc quis non credat, qui norit te abs te esse orum?

IV. HOC quidquid est symboli intelligi
Duxes fer- licet de ferocissimis quibusque, & fortilli-
roces māt' mis belli ducibus, qui truculētos ipsi mo-
suefacti res, & feraciam bellicam redempta pace
deponunt: eōq; fit, ut se le postea conuer-
tant ad ea, qua ad religionem, vel publi-
cam ciuitatis administrationem pertinet:
que quondam inter arma vel silebant, vel
confosita peneq; oppresa misero situ ia-
cebant. Cassiodorus Variar. formul. lib. 3.
epist. 1. populorum ferocia corda longa
pace mollescunt. Hec quidem ita enarrari velim, nisi malis Epigrammatis huius

Iulij Cæsar literam referri ad Iulij Cæsaris trium-
farii triūphum, de quo Suetonius agit. Ait enim
cum ascēdit Capitolū ad lumina qua-

draginta elephantis dextra atque sinistra
lychnuchos gestantibus, idque in signum
pacis bello partae. Elephantis etiam Pom-
peium Magnum triūphasse testatur Plin.
lib. 8, quod prius India victa à Libero pa-
tre factū memoratur. Seneca De vita bre-
uitate cap. 14. ait, Metellū vicit in Sicilia
Pompeii triumphantem, vnum omnium
Romanorum ante currum centum & vi-
ginti captiuos elephantes deduxisse. Et
Capitolinus de Gordiano iuniori: Qua-
drigæ elephantorum Gordiano decretæ
sunt, vrpotè qui Persas viceret, triumpho
Persico triūpharet. Ceterū quantum
de bellua illa, qua quā proximè ad hu-
manam rationem accedit, adeo ut nō pu-
tem eā ab ullo alio animali bruto hac in
parte superari, mētio incidit, quod nū-
rīum pacem gentium cognoscat; omis-
sionem veterum testimonijs, que de elephātorum
docilitate, fidelitate, diligentia, clementia,
& si licet dicere, de illorum religione &
pietate, alijsq; affectibus propemodū hu-
manis extant, vnum affectum exemplum,
quod omnem historiam fidem superat, de
Hannone elephāto ab Emanuele Lufita-
nię Rege Leoni X. dono mislo, de quo ita
Pierius: Minimè hoc loco dissimulandū,
quod super ciudēm Hannonis ingenio
Michael Silvius Regis sui ad summum
Pontificem Orator, summae, ut nosl, vir
integritatis, fideiq; sanctissimæ, atq; alij
narravere, remque multorum testimonio
cōprobauer. Cūm dīstinalset Rex Ema-

nuel cum Romā Pontifici Maximo do-
num tre, nauī quam inscenderet iam in-
structa parataque ad profectiōnem, millo
vnquam pacto per aliquot dies fieri po-
tuisse, vt Hannō vel duci se ad nauim, vel
si quo modo adductas fuisset, eam velle
inscendere, vñq; adeo auerſabundus pro-
fectiōne huiusmodi reformatabat. Cum
que Rex super ea re, sollicitus admodum
esset, magnisque pollicitationibus, vnum-
quaque iniurias, qui deducendi aspor-
tandis; Hannonis urgocium suscepisset,
neq; quisquam nomē proferret suam;
insulurratum denūm est regis, auribus,
cūs bellua magistri dolo hēc acri, quip-
pe qui puerū ciuifidam amore perdit
egre fieret, se in tam longas regiones
ablegari, prōindeq; Hannoni periūlisset,
ne se abduci pateretur: abuelēdum quip-
pe cū in loca sterila, inācēna & barba-
ra, vbi ludibrio contumel jsoq; omnibus,
tāquam hostiæ terra animal afficeretur,
neq; vctui, neq; ornatiū eius vel necela-
ria, vel commoda sufficiet; longum ad-
hac iter & incommode, & vatum ma-
ris æquor arandum, ut satiūs esset, in qua-
tunc erat terra quām primū contucci-
dari, quām per tot viarum difficultates
ad ærumnosissimum deniq; vitam perue-
nire. Rex hac re cognita, mag stūm Hā-
nonis ad se quām primū acserit iubet,
sq; dolos eius cōperisse dicit: ageret ita
que vt intra triduum Hāno in nauim im-
poneretur, idq; ni properè fieret, intermit-
natus est actutum se hominem extremo
supplicio affecturum, ut alijs exemplo es-
set, qui mandatis regis fucum facere ausi
essent. Hac Regis alperitate territus ele-
phantī magister, cum nullam in cunctatio-
ne salutem intueretur, dīscipulam belluā
aggregatur, docet se maleuolorum quo-
rundam fraude subornatum, qui & felici-
tati vtriusq; intuereret, & Regi optimo ma-
liē obtemperantes essent; longè autem se-
cus rem habere, quām illi mentiti essent.
Siquidem non ad immania & effera loca
profectiōni esset, sed ad vrbem orbis ter-
rarum dominam, amēno loco sitam, vbi
terum deliciarumq; omnium, quotquot
vel audiissimi cuiusque cupiditate expeti
possunt, copia fertilissima redundaret: ibi
esse Principem, cui totus penē terrarum
orbis alligeret, apud quem is in delicijs
habendus esset, & tanquam lusciniæ pul-

los

de trian-
fone ele-
phantis
historia.